7383 diis manibus Boionia Antul[*la*][1] mater Narciss[*o*][2] f. erga se pientissimo, qui vixit annis XXVI, moratus est in dispensatione Boion[*i*]ae[3] Procillae[4] et Aureli Fulvi[5]. H[*a*]ec supremum munus libenti animo sibi et posterisqu[*e*] suis fecit et eor[*u*]m.

Romae (VI 9355 semel descripta). — 1) Antuliala, 2) Narcissi, 3) Boionae *traditur, cet.* — 4) *Avia materna*, 5) *pater Antonini Pii (vita Ant. Pii 1).*

7384 d. m. | Paridi | Valer[*i*]ae | Polla[*e*][1] ser., | vix. ann. XVII, | h. [*s.*] e. | Hilarus | Valer[*i*]ae | Polla[*e*][1] disp. | fratri o[*pt*]imo | et san[*ctis*]simo, | unice de se [*me*]renti. *(In parte aversa)* Vocurtum | Statium | Victorem | tibi | commendo.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 9349 vidit Henzen). — 1) *Eadem mulier in titulis actorum VI 9125. 9127 (eandem esse Paulam Valeriam uxorem D. Bruti coniecit Henzen, sed cf. Prosop. imp. Rom. III p. 382 n. 164).*

7385 C. Attio C. l. | Celso, | poseit Dionysius | Appi et Domiti[1] | summarum[2].

Scoppiti in regione Amiternina (IX 4436 vidit Dressel). — 1) *Duorum dominorum fuit servus.* — 2) *Sc. vilicus vel dispensator, cf. supra N. 1559. 4189 not. 2. 4869. 5450 (not. 2). 6677.*

7386 d. m. Phoebi Actes, Aug. l.[1], l. proc. summ.[2], Demetrius et Pensata[3] parent. optim.

Romae (VI 9030 semel descripta saec. XV). — 1) *Augusti libertae. Est Acte Neronis liberta et amica. Cf. supra N. 1742, infra N. 7396. 7409.* — 2) *Cf. Hirschfeld Verw. p. 34 not. 1 fin.* — 3) *Iidem homines VI 34865.*

7387 Cn. Cornelius | Atimetus | Cn. Lentuli Gaetulici[1] | l. et procurator | eiusdem fidelissimus | hic sepultus est. | Cossus Cornelius | Cn. [*f.*] Lentulus | Gaetulicus[2] | procuratori suo | fidelissimo et | nutricio piissimo | de suo fecit et | monumentum | in Sabinis suis | in villa | Bruttiana.

Romae (VI 9834 vidit Henzen). — 1) *Consul fuit a. 26 p. C., interfectus in Germania a. 39 (Tac. a. 6, 30, Dio 59, 22),* 2) *filius illius, memoratus fortasse VI 17170. — Alii procuratores privatorum supra N. 1149. 1200. 1206 cet., infra N. 7406[a].*

7388 d. m. | Ser. Calpurn[*io*] | Gemello, | Orfiti et | Pisonis[1] | lib. et | procuratori.

Romae (VI 9830 vidit Lanciani). — 1) *Iidem fratres VI 11301. 14239. Prior, Ser. Calpurnius Scipio Orfitus sine dubio appellatus, videtur esse Orfitus consul a. 172, cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 289 n. 262.*

7389 Euxino L. Volusi Saturnini[1] p.[2] | negotiatori[3], | Acanthus L. Volusi Heleni l., | h. c.[4] fecit.

Roma Florentiam allata (VI 9653 vidit Henzen). — 1) *Videtur significari is qui fuit consul a. u. c. 742, de quo cf. supra N. 1954.* — 2) *Patris (id adiectum, ut distingueretur a filio, consule a. u. c. 757). Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 483 n. 660; item infra N. 7405.* — 3) *Cf. supra N. 1514 (not. 4).* — 4) *Honoris causa.*